274 Quaeres 3º: dices 1º: Si quaeras: an de potentia absoluta possit Deus remittere unum peccatum sine alio? — Respondeo affirmative cum D. Scoto et omnibus Scotistarum, in quorum sententia Deus per solam gratuitam condonationem extrinsecam absque infusione gratiae potest remittere peccatum; ergo potest etiam facere quod gratia et peccatum sint simul in eodem subiecto de potentia absoluta, quia solum se excludunt ex divina ordinatione; non vero ex oppositione formali, ut [illegible] stant; ex quibus potest sic probari sententia: Deus potest remittere peccatum per solam condonationem extrinsecam et relaxare, sine gratia, et peccatum sit simul in eodem subiecto: ergo etiam potest remittere unum peccatum sine alio: patet conclusio; quia illa condonatio cum sit gratuita, sua arbitraria omnino potest extendere pro libito condonantis et ad totam offensam, et ad partem offensae, et sic remittere unam offensam, non remittendo aliam: etc.

275 Quaeres 3º: dices 1º: Si contritio tollit culpam, et poenam aeternam: ergo et temporalem, nam qui potest plus, potest et minus; sed non quaelibet contritio tollit poenam temporalem: ergo nec aeternam. — Respondeo: repugnat Deum tollere totam culpam, et non totam poenam; si poena dicitur essentialiter ordinata ad culpam; sed non semper remittit totam poenam: est signum quod non remittit poenam aeternam.

276 Respondeo: quod contritio non remittit formaliter culpam et poenam aeternam, quia hoc facit Deus gratis posita contritione ut dispositione; et ideo non sequitur, quod si Deus remittit poenam aeternam, quod debeat remittere temporalem, quia hoc a contritione formaliter non dependet, sed ex sua divina voluntate cui placuit commutare poenam aeternam in temporalem; et ideo licet verum sit, quod remissa culpa non semper remittitur poena temporalis, tamen semper remittitur poena aeterna. — Ad 2um nego maiorem, quia poena aeterna, et temporalis diversae rationis, quia poena aeterna est damnationis, temporalis vero est satisfactoria; et si utraque poena dicatur ordinata ad culpam; unius tamen unae meritoria, scilicet temporalis, non vero altera, scilicet aeterna.

277 Quaeres 2º: poena et culpa non sit necessario connexa: et poterit Deus remittere culpam, et non poenam. — Dico: manente culpa potest Deus condonare vitam aeternam, et e converso non manente culpa potest dare poenam. — 3º. Respondeo: Deus potest

affligere innocentes cruciatu perpetuo, ut Dñs absolutus omnium rerum: ergo multo magis poterit affligere Deus tali æterna pœna, etiamsi illi remittat culpam. Patet quia aliud est reatus, et debitum pœnæ, et aliud ipsa pœna; peccatum enim potest a pœna, scilicet ab ipso exercitio pœnæ separari; non tamen a reatu, et debito pœnæ, quia hoc nihil aliud est quam quod dignus nisi pœnæ; ergo ego ita iustus et dignus vita æterna, fit quod nequeat esse simul dignus pœna æterna; ac proinde non remittit Deus culpam absque quod eo ipso remittat etiam pœnam æternam.

Ad 2um. Resp. quod Deus potest condonare vitam æternam absque remissione
278 culpæ; quoniam non obid eidem condonatus liberatus, seu reatus, et obligatio passiva ad pœnam usque dum remitteret culpam, et similiter e converso manente obligatione seu condignitate ad pœnam, nequit Deus remittere culpam, quia talis reatus pœnæ a ipse reatus culpæ. — Ad 3um dico quod quamvis expectata omnipotentia absoluta Dei possit innocentes cruciare perpetuo; non tamen expectata eius iustitia potest Deus id facere, quia ut ait Augustinus libro 3° contra Iulianum: potest Deus aliquos sine bonis meritis liberare quia bonus est; non tamen potest aliquos sine malis meritis damnare, quia iustus est, ac proinde peccatorem cui Deus remisit culpam non potest contra legem sancitam cruciare pœna æterna.

Quæstio 2a. An remissa culpa remittat pœna temporalis? Articulus 1us. Statuitur conclusio.

279 Pro resolutione quæstionis suppono 1o quod ut supra tractatum est, scilicet quod remissa culpa mortali, remittit etiam reatus, seu obligatio ad pœnam æternam, quia nunquam de lege ordinaria remittitur culpa mortalis, quin infundatur gratia sanctificans, per quam ut ait Tridentinum sessione 6a cap. 7o homo fit heres vitæ æternæ, et repugnat quod aliquis sit heres vitæ æternæ, et simul addictus æternæ pœnæ, alioquin esset simul dignus vita æterna, et morte æterna, quod implicat contra præcedentes præcedentis.

Suppono 2o quod quando Deus ex sua misericordia remit-
280 tit culpam, et pœnam æternam peccatori, commutat etiam pœnam æternam in temporalem, ac proinde pœna æterna, quam per culpa mortali merebat, manet pœna temporalis post remissionem culpæ, quia cum iustitia divina exigat ut culpa contra Deum missa non maneat impunita, licet remittat misericorditer culpam, statuit Deus, ut pœna æterna commutaret in pœnam, sive pœnalitatem aliquam, quæ pro tanto, et tanto tempore duraret iuxta commensurationem suæ divinæ iustitiæ voluntatis, et ita fieret satisfactio suæ iustitiæ punitivæ, seu vindicativæ. Ita Tho. S. 4 in 4o dist. 17. q. 1 a. 2o articulo, et alii,

281 Quod hoc modo explicat Suarez: cum Deus remittat reatum pœnæ æternæ, dum ita dicitur non remissio totalis pœnæ, sed dicitur commutatio non potest esse commutatio in tantum, et tanti pœnæ temporalis, nisi ex voluntate eius qui remittit; et ideo existimat Deus ex æternitate sua ordinasse, et taxasse singulas pœnas reddendas pro peccatis, 2um diversos status eorum: statuit ergo Deus, ut tali peccato mortali, responderet talis pœna æterna, si peccatum maneret perpetuo in homine; si vero condonetur peccatum, quoniam non maneret perpetuo in homine illo, correspon-

deret illi aeterna poena, aliquando modo et temporalis; et ita ablata culpa mutatur poena, quia iam non est illi debita poena aeterna, sed temporalis: et hoc non propter aliquas
moralis malitias culpae, quae moraliter maneat, sed solum quia commissa fuit culpa, et non-
dum pro illa est plene satisfactum; Unde poena aeterna, et temporalis non est una, et
eadem, sed una succedit alteri, non quia Deus in iustificatione novam poenam imponat,
sed quia lege aeterna statutum est diversas poenas respondentes peccato, et illi commen-
suratas ex diversis statibus eius. Sic Suarez.

282 Quicquid sit, remissio non pugnat cum amicitia Dei, sed et persona
eius iusti, ut post ablatam inimicitiam ab homine, vindicent in eo iniurias,
quas iusti est. Unde sicut in humanis, si amicus auferat iniuriam alterius
amici, quamvis amicus remittat totam offensam ut est contra amicitiam, potest tam-
en exigere iustam compensationem rei ablatae; sic similiter Deus licet admittat
peccatorem in amicitiam potest exigere aliquam satisfactionem a peccatore, quia pro
culpa non solum violavit amicitiam, sed etiam ius, et iustitiam quam debet integrare,
et hoc non implicat cum amicitia, quia potest aliquis esse alicui amicus, et si-
mul debitor iustitiae, quia sunt iura diversa; et praeterea Deus, qui licet sit
amicus est etiam supremus iudex, et ideo licet reducat hominem ad suam ami-
citiam; tamen ut iudex potest, et debet suo modo punire mala facta poenis
non temporalis, et non aeternis, quia haec est propria inimici.

283 Contra hoc suppositum solet obiici: culpa omnino tollitur, et non com-
mutatur in minorem (ut ita dicam) ergo neque poena commutatur in temporalem. Pro-
batur consequentia: quia poena admittitur culpae: ergo destructa omnino culpa, et non commutata,
destruitur omnino poena, et non commutatur in temporalem. Respondetur negando consequentiam ad cuius
probationem dico, quod in illis rebus quae habent physicam connexionem, sicut contingit in extre-
mis rel., verum est, quod posita, aut ablata una necessario ponitur, vel tollitur alia;
non autem sic contingit in illis rebus quae habent connexionem ex voluntate alterius, ut
accidit in culpa, et poena; cum enim ad culpam necessario sequatur obligatio ad
aliquam poenam; tamen taxare, aut applicare istam, vel illam poenam, isti, vel illi culpae, vel
non relinquere aliquam poenam pendet ex voluntate legislatoris qui sic disposuit
ut constat ex dictis et dicendis. Et licet hoc non proveniat propter aliquam malitiam moralem
culpae quae moraliter maneat, sed quia fuit commissa, et non dum pro illa est plene satis-
factum; inde evenit, quod licet culpa non commutetur in minorem, tamen poena potest com-
mutari.

Suppono 3o; quod hic reatus poenae temporalis, qui manet post remi-
284 ssionem peccati non est semper aequalis, etiam pro eodem peccato, sed est maior, vel minor pro qualitate con-
tritionis, atque ideo tanta potest esse contritio ut omnem poenam tem-
poralem remittat, ut est communis theologorum sententia; et ita censent S.S. Patres, et [illegible]
[illegible] ad [illegible] et hanc sententiam habere illa verba: Remit-
tuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum. Sed intelligi debet de plenaria remissione
[illegible] magis dilectioni [illegible].

285 Ratio etiam suadetur: quia sicut gratia [illegible] in [illegible]

ei qui melius disponit: ratio maioris pœnæ remittit, quod debitum proportio divi-
dilectionis hoc postulat salvis dispensationibus gratiæ. Item quod dilectio remissa adiun-
cta cum aliquo opere pœnali, possea fiendo plus pœnæ tollit, quam sola dilectio re-
missa; sed potest esse actus dilectionis ita intensus ut plus valeat quam remissa
dilectio cum illo opere pœnali, quia quidem dilectio est actus nobilioris virtutis, scilicet cha-
ritatis, et quanto plus intensus tanto est meritorius: ergo etiam potest plus pœ-
næ remittere. Et ad eadem adverte quod pœnas temporales relictas potest per
alios actus subsequentes dilectionis tolli.

286 His ergo suppositis dissensio datur inter Catholicos et hæreticos: an re-
missa culpa supersit aliqua obligatio ad luendam pœnam temporalem? hæretici huius tem-
poris, præcipue Calvinistæ, Lutherani et ... ante signatio ... patres ...
reginde asserunt, quod remisso peccato, tollitur omnino omnis pœna, quia docent
... pœnam possedoli ... pœnitus, sed necessarium esset, ut Deus gratis illis
condonet. Et inde incidunt in alios errores negando satisfactiones per quaecumque
opera pœnalia, purgatorium, et indulgentias. Unde Calvinus libro 3° In-
stitutionum cap. 4° n° 25 postquam præmisit sententiam Catholicorum de satisfac-
tione peccati remissi, subdit impudenter: Talibus mendaciis oppono gratuitam
peccatorum remissionem, qua nihil in Scriptura clarius prædicatur; quia enim re-
missio nisi mere liberalitatis donum? non enim remittere dicitur qui Antea
pocha testatur sibi numeratam pecuniam, sed qui nulla solutione, ultro sua
cnefrantia nomen expungit: eumdeinde gratis addit, nisi adeo ligat
omnes satisfactionis opiniones quas fidentia sua satisfactionis adhuc exig-
unt, quasi quodam valido fulmine prosternunt.

287 Sed ex oppositis autem omnes DD. Catholici partes tenent asserentes, quibus firma Catholica est: remissa culpa mortali per dilectionem, non semper remitti-
tur tota pœna temporalis. Et de fide determinata in Concilio Florentino in decreto
Eugenii, et Tridentino pluribus in locis, in Sessione 6ª cap. 14° postquam docuit
pœnitentem posse pœnitendo satisfacere per ieiunia, et alia opera spiritualia, subdit:
non quidem pro pœna æterna, quæ vel Sacramento, vel Sacramenti voto, una cum culpa remitti-
tur: sed pro pœna temporali, quæ ut sacræ literæ docent, non tota semper, ut in Baptismo
fit, dimittitur illis, qui ... pœnitent. Definitumque fuit idem eadem sessione 6ª canone
30 ubi Concilium ait: Si quis post acceptam iustificationis gratiam cuilibet peccatori pœni-
tenti ita culpam remitti, et reatum pœnæ æternæ deleri dixerit, ut nullus remaneat
reatus pœnæ temporalis exsolvendæ, vel in hoc sæculo, vel in futuro, in Purgatorio, ante-
quam ad regna cælorum aditus patere possit: anathema sit. Unde Sessione 14ª cap.
8° declarat Sancta Synodus, falsum omnino esse, et a Verbo Dei alienum, culpam a Domi-
no numquam remitti, quin universa etiam pœna condonetur: perspicua enim et illustria in
Sacris literis exempla reperiuntur, quibus præter divinam traditionem, hic error manifes-
tissime revincitur. Id testatur pluribus aliis in locis, scilicet, Genesis cap. 2, et 8, et Num-
eri 12, 23, et 14.

288 Et hinc ex Sacra Scriptura numero 2º Regum cap. 12 ...

iraudus remisit culpā David ut temporalē alioq. penā noluerit remittere. idem legit de Moyse, et Aaron et Numerorum 14, et 20. item Exodi 32 legitur quod Israelitis lapsis in adorationem Vituli remisit Deus peccata. Mihi hominibus recen-babit populo penam luendam [illegible] nova: percussit ergo populū Dominus pro reatu Vi-tuli. etiam Israelitis ipsis lapsis in murmuri peccatis pepercit Deus; attamen omnibus qui egressi fuerant de Egypto, fuit reservatum ultio ut ait Scriptura: non videbunt terram pro qua iuravi patribus eorum. Unde in Psalmo 94: quibus iu-ravi in ira mea Si introibunt in requiem meam. idem dicat alijs pluribus locis. Item ad quod fuit remissus peccatis actualis in nobis ipsis, quod est originalis; etiam pro reme-morialis [illegible], quod in nobis manent. Etsi in hiis locis fiat sermo dignitate [illegible] Vitis [illegible] in [illegible] delictis dimissi, dicendum in dies, quod si in hac vitam soluit pena, luenda erit in altera vita: in hoc postulat rao Iustitiae, et hoc quasi fundatur purgatorium; et in hac veritate fundat necessitatem indul-gentiarum; et ad hoc tendunt exortationes Scripturae, et Sanctorum Patrum ad opera Satis-factoria facienda adhuc post dies venis obtentos culpae.

289 Rao actionis huius veritatis est voluntas diuina sic disponens salt-em declarata in Scripturis et Patribus, quod sicut remittit culpā et penā aeternā, imponit, licet, remittat penam temporalem; et hujus est rao duplex: ad hoc ut Deus non semper remittat penam temporalem, licet remittit culpam, quod quidem rao sit exigit, quod Deus sit et misericors, et iustus; et ideo si ut misericors gratis remittit culpam, et penam aeternam, quod per hoc non potest homo aliquid condignum facere: ita quod Iustus est, cuius Iustitia postulat, ut non relinquat culpā sine aliqua penā, et vindicta pro [illegible] pro qua posit homo condigne satisfacere.

290 Rao autem quidem est, et ex parte hanc dispositionem, tum: ut faci-litas veniae et hominibus occasio amplius peccandi, ac per modum licet penā [illegible], non debuit esse remissibile totius penā debite per culpā sicut est Baptismus, qui tale ob hoc non erit iterabilis. hinc quod hoc fuit dicendum, ut [illegible] pro omnibus prius satisfacere plus meret [illegible], et cooperantur sicut possunt ipsi remissioni peccatorum, et non possunt satisfacere pro penā aeterna, disposuit diuina misericordia illā gratis remittere; et cum possent pro temporali satisfacere, disposuit diuina Justitia, ut re-linqueret talis pena temporalis.

291 Cuius ut gravitas peccati magis [illegible] innotesceret ho-mini, et timore penae removeretur ab offensa. Ita insinuat Augustinus tract. 124 in Joannis, dicens: ne culpa putaretur parua si cum illa finiretur et pena; [illegible] voluit esse penam, quam culpam. Hinc quod dicens ut habitus vitiorum toleraret practicis [illegible], quod de facilitas sit luendo penam temporalem. Hinc quod ducens est, ut et ne-cessaria pro [illegible] in [illegible] causa, ex hoc Christus qui est caput nostrum subiecit pe-nis peccati acerbissimos cruciatus pro nobis, decentius est ut nos patere-mur aliqua penam temporalem pro nostris peccatis.

292 Quae ex his rationibus eleganter explicat Tridentinus Sessione 14. cap. 8 his verbis: et sanctis clementiae decet, ne ita nobis absque ulla satisfactione peccata dimittantur, ut occasione accepta peccata leviora putantes velut in-iuriosi, et contumeliosi Spiritui Sancto in graviora labamur, thesaurizantes nobis iram in die irae. procul dubio enim magnopere a peccato revocant, et quasi freno quodam coercent hae satisfactoriae penae, cautiores et vigilantiores

insuper pœnitentiæ efficiunt medentur quoad peccatorum reliquias, et ditionis ha-
bitus mali in mundo comparatus, et dubiis iustitiis ditionis solent:::
accedit ad hæc, quod dum satisfacimus, patimur pro peccatis, Christo iesu qui
pro peccatis nostris satisfecit, ex quo omnis nostra sufficientia conformes
efficimur, et pariter quoque inde habemus, quod si patimur, et glo-
rificabimur.

Obiectiones Hæreticorum illa-

Soluunt.

Objiciunt 1° hæretici illud Ezechielis cap. 18 ubi Deus testatur
293 non recordari omnium iniquitatum peccatoris si egerit pœnitentiam. Similiter cap. 33
ubi ait: impietas impii non nocebit ei, in quacumque die conversus fuerit ab im-
pietate sua; si dimissa culpa remaneret aliqua pœna luenda pro illa,
non esset verum, quod Deus obliviscitur peccati, et quod iniquitas eius non nocebit pe-
ccatori: ergo tota pœna remittitur quando remittitur culpa. = Resp. 1° quod ad obli-
visci iniquitatis, dum hæ non noceant, sufficit quod Deus per pœnitentiam condonet peccanti
pœnam æternam, et ~~Deus~~ eum in suam amicitiam reducat; non per deletionem A-
dæ obliviscitur Deus ut dicitur Sapientiæ 10, et tamen ei, eiusque posteris-
que reservabit pœnam mortis. = Resp. 2° quod sensus textuum allegatorum est com-
parare iustos, et impios in ordine ad vitam æternam, et dicere: quod sicut iusto si
averterit se a iustitia, hæc ei non proderit ad vitam æternam, ita ut Deus vide-
atur oblivisci illius; sic peccator si per pœnitentiam recipiat ius ad vitam æternam ratione
gratiæ sanctificantis, Deus non videtur recordari eius iniquitatis, nec quod impie-
tas non noceat ad obtinendam vitam æternam.

Objiciunt 2° illud Michææ cap. 7° ubi dicitur: deponet iniquitates no-
294 stras, et proiiciet in profundum maris omnia peccata nostra. et illud Psalmi
31: beati quorum tecta sunt peccata. et: beatus vir cui non imputabit Dominus pecca-
tum. ex quibus colligit Calvinus: si punit Deus peccata, imputat: si vindic-
at, recordatur: si ad iudicium advocat, tecta non habet: si examinat, non post tergum
proiicit: si ventilat, non proiicit in profundum maris: ergo ut non imputet, nec vin-
dicet, neque examinet, nec advocet ad iudicium, requiritur quod nec puniat, nec
vindicet peccata iam remissa; ac proinde remissa culpa nihil remanet pœ-
næ temporalis luendum pro illa.

295 Resp. quod his, et similibus oraculis nihil aliud Deus significat, nisi
quod ita dimittit peccata ad intuitum contritionis, ut postea non recurrat illa ad me-
moriam, ad damnationem peccatoris, nec ad punitionem pœnæ æternæ, nec ad recordan-
dum culpam, quod non opponitur cum eo, quod puniat peccatorem, et purget illum ut amicum,
aut per quem ipse satisfaciat pro se; ac proinde bene stabit quod proiiciat peccata
in profundis, et quod non imputet illa, cum punitione et satisfactione temporali.

296 Objiciunt 3: remissio peccatorum fit per meritum, et meritis passionis Chri-
sti, quæ fuit infiniti, et saltem superabundantis valoris: si Christus Dominus obtulit
satisfactionem plenissimam in sua passione pro omnibus peccatis non solum quoad culpam, sed
etiam quoad suas pœnas illi debitas: ergo superflua fuit quælibet nostra satisfactio pro pe-
ccatis; ac proinde remissa culpa non tenetur homo ad luendam aliquam pœnam te-
mporalem. = Resp. distinguendo minorem: Christus Dominus obtulit pro peccatis in sua passione
plenissimam satisfactionem, quoad dignitatem et sufficientiam, concedo. quoad applicationem et
mo-

omnes qui ad participat redundavit in poenitentes, non omnes. Verum enim est
quod meritum Christi Domini est superabundans in delendis et aliis, atque inde quod valet in delendis
solvendis reatibus cuiuslibet peccati; cum tamen talis satisfactio applicatur singulis
in poenitentia propria cooperationis, et ideo Christi meritum illis cooperationis pro-
portionatur applicatio, unde quando perfectiora sunt opera poenitentis, plus di-
minuunt poenae temporalis, in qua poena aeterna fuit commutata virtute Christi.
Obiicient 4º: est praesumptionis humanae velle Deo satisfacere pro-
297 realiter, cum sit tanta distantia inter hominem et Deum: et multo magis velle
satisfacere pro offensa infinita Dei commissa. — Respondeo negando ansam, quia non intendi-
mus satisfacere ex nostris viribus, sed ex gratia Dei nos excitante et adiuvan-
te, nec intendo ita ex Dei misericordia summus ordinati gratia sanctificante et
iure ad beatitudinem; ac proinde nulla est praesumptio, et hoc maxime cum a divina
iustitia hoc sit dispositum.
Obiicient 5º: opera Dei sunt perfecta: ergo in contritione remittit Deus
298 peccatum ut culpa et poena remittatur, taliter quod nulla poena temporalis maneat, non sic
est perfecta remissio. — Respondeo negando ansam: perfectio enim in operibus Dei non consistit in
eo quod operetur statim ac simul omne quod efficere potest, vel in eo quod a principio
totum efficiat, vel in eo quod semper eodem modo operetur, maxime cum operatur
cum causis secundis; sed consistit in hoc quod operetur cum eisdem secundis perfectis ra-
tionibus procedendi, quae exigit quod exequatur quia Deus est summe iustus, postu-
let a homine aliquam satisfactionem pro posse, sicut et misericors remi-
sit culpam et poenam aeternam debitam mortali.
Obiicient 6º: remota causa removetur effectus; sed culpa est causa
299 poenae: ergo illa remissa remittitur poena. Patet minor, quia ideo aliquis est dignus poena quia com-
misit culpam. — Respondeo distinguendo maiorem: remota causa removetur effectus, quando est ve-
ra causa in esse, et conservari, concedo; quando est causa tantum in fieri, nego maiorem. Licet e-
nim contritionis removeat tota culpa quae est causa poenae, non ob hoc tota poe-
na debet remitti, quia illa est plerumque solum vera quando causa est causa non in
fieri et conservari, ut patet in forma respectu compositi, quae cum sit causa illius in fieri et
conservari, remota forma, removetur compositum; non autem est vera quando solum est causa in fi-
eri, ut patet in architecto domus qui est causa illius, et tamen mortuo ar-
chitecto manet domus. Nunc autem similiter reatus culpae est causa reatus
poenae ut fiat, non vero ut conservetur taliter quod remota culpa debeat removeri quae-
libet poena; quare poena mortalis causata a culpa potest manere ablata
culpa.
Quaeres 1º: si quando contritionis remittitur poena aeterna et commutatur
4. 300 in temporalem, remittatur etiam aliquid poenae temporalis, in qua poena aeterna
fuit commutata? — Respondeo affirmative. Itaque plures et maxime qui dicunt quod
contritionis dispositionis adquirit meritum de condigno augmenti gratiae et gloriae.
Ratio: quia ex Tridentino sessione 6ª canone 32 iustus bonis operibus meretur augmen-
tum gratiae et gloriae: ergo sic formatur ratio: actus contritionis iustificat comit-
tit aliquod opus bonum augmentativum gratiae et gloriae: ergo propter ipsum meretur remissionem ali-
cuius poenae temporalis in qua poena aeterna fuit commutata. Patet consequentia: nam per quod
meremur augmentum gratiae et gloriae satisfacimus Deo. Et ulterius ex hoc solutione

diuin prouidentiae aliter possit fieri non liceret.

301 Nec est inconveniens quod in eodem instanti reali temporis eadem poena
et liceat integra, et postea remissa, non enim est inconveniens, quia illo priori naturae
contritionis quae est dispositio ad gratiam intelligitur solum meritoria gratiae
sed non infusa; et in alio posteriori naturae in quo iam gratia est infusa, et dignificat subiectum,
et ipsa met contritionem, meretur tanquam digna contritio augmentum gratiae, dicta contritio in illo priori
meretur remissionem culpae, et quod poena aeterna commutetur in temporalem, et in illo
signo naturae intelligitur integra poena temporalis in qua aeterna fuit commutata:
et in posteriori naturae signo, quo praecesserat contritio, et iam infusa gratia meretur tanquam digna
quod aliquid illius poenae temporalis remittatur; ac proinde utique potest in eodem instanti
reali temporis intelligi quod eadem poena sit integra, et postea remissa.

302 Quaeres 2º: quae contritio tollat omnem poenam temporalem relictam ex[tr]a; ratio
dubitandi est, quia ex eo quod sit contritio potest tollere poenam aeternam, et partem poenae
temporalis, videtur auferre etiam poenam temporalem remanentem, sed contra:
non sunt minus digna quam illa; at in his non erunt necessaria opera satisfactoria
ut tollatur tota poena, sed ad hoc sufficiet attritio.

303 Respondeo quod regulariter loquendo contritio non tollit omnem poenam tem-
poralem. Ratio est, quia contritio solum est quaedam sufficiens dispositio, et aliqua satisfactio
quae a peccatore exhiberi potest, quia contritio posita statuit Deus remittere
culpam, et poenam aeternam, et ideo quia Deus promisit contritioni remittere poenam aeternam,
ideo posita remittit culpam, et poena aeterna commutatur in temporalem; non autem
hoc habet contritio ex natura sua, ac per consequens habitat ex ordinatione divina, et non
constat quod Deus contritioni promiserit remissionem totius poenae temporalis relictae ex[tr]a, sit
quae posita contritione, non potest non omittere aliquam satisfactionem; non enim remissio poe-
nae temporalis fiat secundum aequitatem iustitiae, propterea utique debet integra
satisfactio esse condigna, et non quaelibet contritio etiam informata gratia debet
esse integra satisfactio, ideo dicitur quod contritio non tollit omnem poenam temporalem re-
lictam ex[tr]a. Unde potest dici quod ratio disparitatis inter contritionem et attritionem est, quod remi-
ttere culpam et poenam aeternam, est opus misericordiae divinae; et satisfacere pro
poena temporali relicta est opus iustitiae; et ideo ex eo quod Deus sua misericordia
ad praesentiam contritionis remittat culpam et poenam aeternam, non infertur quod sua ius-
titia ad praesentiam contritionis remittat poenam temporalem, seu satisfactionem quam de-
bet ex iustitia.

Sectio 4ª de remissione peccatorum venialium.

Cum Beati mundo corde quoniam
304 ipsi Deum videre, et nemo potest ascendere in montem Domini et stare in loco
sancto eius, nisi innocens manibus, et mundo corde, ideo quolibet peccatum etiam le-
vissimum debet eluere ante ascensionem felicitatis aeternae, quia nihil coinquinatum in-
trabit in regnum coelorum; ob quod contritio restitit ad hoc quibus mediis peccata venialia
remitti possint eluere, quia venialia causent in anima ... habitualem
stillam maculam, seu reatum culpae, qui debitus est in ... a culpa
procedente, et in alio aliquo ... morali ... condonanda
indigne satisfecit ... causa ut in illo aliquid quod Deo displiceat,
... non solum coniunctione gloriae ... donum ...

[illegible] frequentius vivere charitate qua habet; ideo in dicto hoc expiatur veniale, i. e. delentur [illegible] remissio venialium [illegible] amoventur; tamen dicimus quod qualiter venialia remittuntur tam in hac vita, quam post mortem, quia de hoc [illegible] quod [illegible] facilitate et claritate possibili [illegible] damus.

Q. 3. Per quid remittuntur venialia homini justo in hac vita? Ubi sequitur petitæ decisio quæstionis.

305 [illegible] supponendo quod varia sunt media, et remedia quæ solent ab auctoribus assignari ad remissionem venialium, et in primis supponunt quod gratia [illegible] ultima dispositio ad gratiam, et ad eius augmentum est sufficiens ad remedium venialium sive formalis, sive virtualis gratia, quia sicut [illegible] sic [illegible] sufficiens ad excludendum mortale, ita etiam [illegible] habeat efficaciam delendi venialia; præter [illegible] alia media assignant, scilicet digna sacramentorum receptio, necnon [illegible] sacramentalia [illegible] hoc [illegible] [illegible] 10, [illegible] 6, quæ hoc carmine [illegible]

Orans, tinctus, edens, confessus, dans, benedicens.

306 [illegible] sic explanatur: Orans exprimit orationem dominicam in qua oramus [illegible] dimitti nobis quotidianas; etiam quæ oratio quæ fit in Ecclesia ad [illegible] dimissionem peccatorum [illegible] [illegible] oramus in signum doloris, et [illegible] tinctus, denotat aspersionem aquæ benedictæ, et [illegible] cæremoniarum [illegible] [illegible] [illegible] ad aliquam sacram significationem, et ad aliquam [illegible]. Edens indicat [illegible] panis benedicti. Confessus [illegible] confessionem generalem quæ dicitur initio missæ.

307 Dans denotat elargitionem eleemosynæ, etiam [illegible] opera misericordiæ. Benedicens exprimit benedictionem Episcopi, et Abbatis [illegible] hæc media assignantur etiam, ad remissionem venialium [illegible] actus virtutis hominis justi, qui sunt Deo magis accepti, quam illi displicuerunt venialia, [illegible] in hoc puncto divisi sunt auctores, Nam alii tenent requiri contritionem formalem, [illegible] sufficere [illegible] extra sacramentum ad deletionem venialium; Alii quod requiritur contritio formalis, [illegible] sufficere virtualis; Alii sufficere contritionem formalem, et virtualem intelligendo [illegible] [illegible] amoris Dei; at [illegible] sufficere quævis alia opera virtutum [illegible] Alii denique [illegible] quod hæc sola sufficiunt ut remittantur venialia; ideo quærit [illegible] venialium [illegible] media ex his sunt sufficientia ut peccata venialia deleat; pro cuius responsione

308 Sit [illegible]: Ut peccata venialia remittantur homini justo in hac vita non solum sufficit attritio formalis, et contritio [illegible] virtualis; sed etiam receptio digna sacramentorum, necnon et sacramentalia, etiam quodlibet opus meritorium quod magis placeat Deo, quam displicuerunt venialia [illegible] hoc [illegible] et ab ipso iusto operetur, et a Deo acceptetur tale opus meritorium. [illegible] in 4. dist. 21.

q. L.ª num° 8.° vbi ait: potest dici alio modo qd peccatum veniale in hoc sensu
potest remitti in tempore post mortem: quia prius quam actus Deo magis acceptus, quo
peccatum veniale displiceat, et fiat relatus ab ipso operante ad hoc peccatum veniale
remittendum, et relatus ab ipso, et ab ipso Deo acceptatus in vita et tempore. Ubi
sequitur post multa scotus, et ex alienis qq plures licet diuersimode. Et dicit quod
alia opera bona debent ordinari et ab operante, et a Deo acceptari ad talem remis-
sionem venialium, quia cum opus bonum meritorium ex natura sua non sit ordinatum ad talem
remissionem, nec constet quod a Deo opera meritoria sint ordinata aliqua generali
ordinatione, ideo requiritur, quod speciali ordinetur in hunc finem, et ab operante, et a Deo
acceptetur. Probatur 1.ª pars dicti: quia si non esset sufficiens attritio ad expiati-
309 onem venialis, sequeretur quod magis, et quidem rigorosa dispositio exigeretur a Deo
pro peccato veniali, ac exigit pro mortali, quod non videtur conforme diuinae iustitiae; siquidem at-
tritio cum sacramento sufficit ad remissionem mortalis: ergo ad veniale sufficiat sola attritio. =
Confirmatur: quia attritio de veniali habet oppositionem cum illo, quia est eius nolitio, et detes-
tatio illius: ergo potest illud delere. Probatur consequentia: quia actus praeteritus volitionis non po-
test melius destrui, quam per actum nolitionis ipsius volitionis; sed attritio est actus nolliti-
onis peccati venialis: ergo potest illud delere.
310 Probatur 2.ª pars: prius potest veniale deleri, prius quam mortale potest
expugi; sed ad deletionem peccati mortalis sufficit actus contritionis formalis, et virtualis: ergo
multo magis ad deletionem venialis. ergo idem in contritione formali, et virtuali, et accessu ad
amicitiam Dei ad peccatum veniale requiritur hoc. = 3.ª pars probatur: quia recep-
tio digna sacramentorum est opus externum, et causatiuum gratiae, et singula sacramenta ha-
bent vim, et efficaciam circa remissionem peccati: ergo etiam venialis possunt remittere. Probatur
consequentia: quia omnia sacramenta nobis applicant fructum passionis Christi, et sunt instituta
ad sanctificandas animas, easque disponendas perfecte ad gloriam et aeternam redemptionem;
sed ad talem redemptionem conducit non solum delere mortale, sed etiam venialia, quae sunt im-
pedimenta quae remorantur ingressum beatitudinis, siquidem nullus cum veniali in-
trabit in regnum caelorum: ergo sacramenta habent efficaciam delendi venialia. Item
est consentaneum hoc fini pro quo vnius cuiusque sacramenti, quod cum sit vt aliquod mu-
nus sancte, et modo grato Deo praestiatur, quod cum sint potius venialia impedimenta
et maxime illa quae in vno genere sacramento repugnant fini eius, ideo valde congru-
um est vt valeant illa delere.
311 Probatur 4.ª pars: quia sacramentalia non solum a theologis, sed etiam a summis
Pontificibus et sanctis Patribus dicuntur ex benedictione Ecclesiae sanctificare, et mundare; sed
non mundant a mortalibus, quia quidem ignoscerent, et gratiam habent per se sed gratiam sa-
cramenti quod repugnat, quia non est in Ecclesia potestas ad instituenda sacramenta: ergo a venia-
libus mundant. = Probatur ultima pars a simili, quia si aliquis faciat in luxu
Commune alicui Principi, et postea faciat aliquem actum externum in eius obsequium ad com-
placendum, et tollendum offensionem, statim placat Principem et
et remittit offensam, quia illi magis placuit actus externus, quam displicuit offensio

eq idq dicendq̃ē de Deo, q̃ in misericordia, benignitate, et liberalitate superari n̄ potest. exigit enim: q. opus bonum q̃ veniens ab homine existente in gratia ī misericordia, amicitia [illegible] gloria, et amicitia divina; [illegible] perfectioq ā amicitia expectat remitti [illegible] offensam: eo pr[illegible] dole opus potest veniale remitti et saltem pie ī credere q̃ Deus acceptet talia opera in hunc finem, q. per illa totus honor exhibet Deo q̃ eius fuit subtractus per veniale.

Art. 2. Obiectiones pont. et Solvunt.

312 Dicq 1°. super actione remittent [illegible] culpa venialis, nisi q̃ dolere persacramentum per[illegible] Trident. Sess. 14. [illegible] venialia [illegible] sufficienter [illegible] voluntarie: eo pr[illegible] n̄ remittit veniale. Sequela pat: q. ante receptionem dignum sacramenti [illegible] debet praecedere actio de peccato; [illegible] doli [illegible] veniale [illegible]: eq ante q̃ remittat sacramentum ignis ad remissionem [illegible] R. [illegible] in Summam ad mitem sequela q̃ idq potest contingere in peccato mortali, n̄ potest dimitti per[illegible] perfecta, [illegible] dilectionis Dei ante confessionem, et hoc n̄ [illegible] dicit [illegible] sacramenti [illegible] nec q̃ ig esset remissio venialium [illegible] confessionis illius dicendae superflua, [illegible] q. mortalia [illegible] remissa in alia [illegible] possunt [illegible] voluntarie [illegible] alterius confessionis, [illegible] dicit superflua confessio illorum, [illegible] q. [illegible] remissio quo ad poenam; [illegible] q. [illegible] ad [illegible] praeservationis [illegible] dq.

313 Ap. 2°. q. potest dici eq aliq, q̃ ut veniale remittat extra sacramentum, debet [illegible] supernaturalis, et infusa, at V° ut remittat per sacramentum [illegible] sufficit [illegible] naturalis ex[illegible] acquisita [illegible] et [illegible] potest [illegible] attritus de veniali, et q̃ n̄ remittitur peccatum [illegible] sacramentum [illegible] q. attritio quam habebat erat tantum naturalis, quae sufficit ut eq sacramento remittat, licet n̄ sufficeret ut extra illud remitteret veniale. [illegible] talis attritio naturalis [illegible] sufficiens dispositio ad recipiendum remissionem venialis [illegible] tamen [illegible] q̃ ad hunc [illegible] recipiendum n̄ ē semper necessaria dispositio supernaturalis actualis, [illegible] sufficit supernaturalis habitualis [illegible] gratia sanctificans, q̃ quidem supponit in paenitente, [illegible] Iustus de quo loquimur.

314 Ap. 3° q̃ ē valde probabile q̃ q̃ de sola venialia [illegible] confessionis, tunc n̄ requirit attritio rigorosa ut dispositio, [illegible] sufficit ad remissionem illorum aliqua dispositio minor attritione, nempe, q̃ n̄ habeat complacentiam talis venialis, et q̃ habeat voluntatem recipiendi remedium, [illegible] voluntas ē quaedam desiderium interpretativa peccati, n̄ vult illius medicinam [illegible] velit recipere effectum [illegible] q̃ causat sacramentum. [illegible] n̄ [illegible] requirenti attritionem [illegible] dispositionem ad sacramentum, [illegible] requirit, [illegible] mortale; n̄ autem de illo q̃ requirit minorem dispositionem [illegible] veniale, n̄ tali n̄ complacentia, [illegible] interpretativa detestatio eq sacramento [illegible] in remotione venialis, [illegible] sacramento

contritio requirit ad remissionem mortalis. unde est quia nulla est requiritur ad veniale attritio illa non displicentia, et ly doloris solum requirat quod sit dispositio ad remissionem ex dolore efectus saeculi, ne omnino sit i[n]coherentia, et talis non displicentia et dolor fas non quam de efectu illius est sufficiens dispositio sit quod non sit de dolore lis. ita [illegible] Hiberne

315 Dicis 2°: Si attritio sufficeret ad delendum veniale esset propter oppositionem quam habet cum illo; sed haec oppositio non sufficit, quia etiam attritio habet oppositionem mortali, et tamen propter illam solam non deletur; ergo. — Item cum malitia venialis offensa Dei est aliqualis aversio a Deo: ergo necessaria est conversio ut remittatur, sed attritio non est sufficiens conversio cum non sit motus dilectionis: ergo non est sufficiens ad remissionem venialis. — Respondetur negando minorem, et ad probationem dico, quod ideo sola attritio non sufficit ad remissionem mortalis, quia mortale est totalis aversio a Deo, ut deperdat amicitiam; ideo quod ad eius deletionem exigitur actus qui non solum sit aversivus a creatura per detestationem peccati, sed etiam quod sit conversivus ad Deum per amorem; at vero peccatum veniale licet aliquatenus convertat hominem ad creaturam inordinate, tamen non talis conversio ad creaturam ut inferat aversionem totalem a Deo sicut mortale, cum stet cum gratia, et amicitia Dei; et ideo sufficit attritio quae avertat a tali creatura, ad quam inordinate se convertit, ut remittatur veniale. — Ad 2um igitur constat ex nuper dictis quod licet veniale sit aliqualis aversio, tamen non talis quod deperdat amicitiam Dei; et ideo sufficit attritio ut condonetur. Potest dici qui concedens: necessaria est conversio ut remittatur veniale per modum sufficientis dispositionis, sed dico ut remittatur per modum meriti, sive de condigno, sive de congruo per modum impetrationis, et acceptationis, nego consequentiam. quia cum per talem actum magis displiceat Deus, quam displiceat [Deum] veniale, ideo sufficit ad illius deletionem, licet non sit indispositio sufficiens quae expellat veniale.

316 Dicis 3°: mortale non compatitur cum gratia habituali, utique vero veniale: ergo quaecumque praedictionis remittatur mortale non infert quod malum remittatur. idem potest dici de dilectione Dei, non quaecumque fervida, et intensa non opponitur cum veniali, quia dilectio fervida, et mendacium iocosum non opponuntur, quia quidem mendacium opponitur veritati, non autem dilectio Dei: igitur non delebit illud. — Respondetur quod attritio de veniali non compatitur cum illo quia illud destruit, licet sit compatibile cum gratia. idem dico de dilectione Dei, quia si ordinetur ad deletionem venialis non compatitur cum eo, quia illud delebit, et licet non deleat per modum sufficientis oppositionis, sive indispositionis ex natura rei, delebit illud per modum meriti, aut acceptationis. praeterquam quod datur aliqua oppositio saltem secundum rationes genericas vitii, et virtutis, nam charitas fervida, et cum alacritate sedit in Deum, et veniale infert voluntati quamdam retardationem, seu languorem remissionis non tam perfecte, et alacriter movetur anima in Deum, quod ut videmus est aliqualis oppositio.

317 Dicis 4°: nullum opus bonum habet oppositionem cum veniali: ergo illud non remittit. 2° quia ordinarie opus ut remittatur veniale nihil iuvabat ut opus sit dignum

aut maxime repugnans veniali: ergo si sine tali retractatione non sufficit illud opus ut bonum ad remittendum veniale, nec cum illa sufficiet. 3°: quia tale opus non includit retractationem venialis, quam requirit ad illius remissionem. ergo. 4°: quia sequeretur quod quodlibet opus supernaturale auferret omnia venialia, cum non sit maior ratio unius quam alterius; quod est inconveniens. 5°: quia tale opus iam bonum iusti est ordinatum ad incrementum gratiae et gloriae: ergo non meretur etiam remissionem venialis, quia nullum opus iusti meretur duo praemia adaequata; et consequenter per opus bonum elicitum a iusto sine ordine ad remissionem venialis, non remittentur.

318 Respondeo ad 1^m argumentum: nullum opus bonum habet oppositionem physicam cum veniali, ratione moralis; neque enim quia corpore quis vult accipere talia opera ad remissionem venialis, et tamen habet oppositionem moralem; debebat exercitare Deo, et quod illa acceptet sicut exercitationem cum qua tandem honor exhibetur Deo, quia est ipsa veniali retractatio. Et post veniali consequens, quia ut remittatur veniale per modum meriti et acceptationis, non requiritur talis oppositio. — Ad 2^m dico: ad 1^m argumentum: ordinare opus ad hunc finem nihil iuvat ad conferendum valorem, omitto de applicatione, neque facit ecclesia plura opera applicat, et ad pacem, et ad remedium imperatricis. Et negatur, quia cum bonis paribus prius orationum per ipsa abrogarent opus meritorium et dignum, quia refert in nobis finem bonum, et gratum Deo; et requirit magis veniali, quia includit virtualem displicentiam, et voluntatem carendi illo, quae est dignior dispositio ut Deus acceptet illud ad meritum remittendi veniale.

319 Ad 3^m negatur quod non sit virtualis retractatio, quia eo ipso quod vult maiestatem expiari, et opus ad hoc applicat, velut peccatum non esse. — Ad 4^m dico, quod non est inconveniens quod prius actus tollant omnia venialia. Et potest dici quod si opus non est proportionatum, non est inconveniens ut per illud remittantur quaedam venialia, et quaedam non, si per modum meriti remittantur, quod meritum in iudicio divino stimetur sufficiens ad remissionem aliquorum, et non aliorum, quod Deus suo arbitrio facere potest supponendo quod ex parte peccatoris omnia sunt aequalia, quod fere contingit in remissione poenae debitae pro uno, et alio peccato.

320 Ad 5^m dico, quod de condigno non potest mereri per unum opus finitum duo praemia adaequata; bene tamen unum de condigno, et alterum de congruo, nam communiter apud theologos quod per opus per quod iustus meretur de condigno augmentum gratiae et gloriae, meretur de congruo perseverantiam in gratia, reparationem post lapsum, et alia multa; Xº quia doctrina per illud opus bonum per quod meretur iustus augmentum gratiae et gloriae potest de congruo mereri remissionem venialium. Aut quia quod plures thomistae Scotus et alii asserunt quod de condigno potest mereri remissionem venialium, quia cum illud opus ordinatum ordinatione operantis referatur in nobis finem gratum Deo, et consequenter sit condignum, non est inconveniens quod possit mereri de condigno duo praemia, et hoc non est mereri duo praemia adaequata, quia cum de condigno mereatur iustus vitam aeternam, consequenter potest removere impedimenta retardantia ingressum ad vitam aeternam, ut sunt venialia: et sicut non est mereri duo praemia adaequata mereri augmentum gratiae, et gloriae, et mereri praemium gloriae et dare satisfactionem pro culpa, ita nec mereri gloriam, et remissionem

venialis in digno erit meriti de congruo ad tollenda.

321 S. quaeres 1o. quod venialia per sacramenta remittuntur venialia; igitur non remittuntur venialia non solum excitando fervorem charitatis, sed etiam faciendo, seu causando gratiam ex opere operato quae quaeri potest quomodo dispositio requirit ut illa remittatur, quia videtur supponi gratia, cessatio ab actuali [illegible] ad veniali aliqua alia requiritur alias nunquam fieret in peccato veniali, nisi quando illud actu dimisit, quod est falsum. — Resp. quod ad hoc requiritur ut non ponat obicem ad hunc effectum, et non ponat obicem sufficiens est quod accedat sine actuali complacentia mali, et cum voluntate recipiendi sacramentum, et effectum remedii quod assumit, quia hoc censetur virtualis quaedam retractatio venialis cujuslibet mediante illius; quia quidem si requireret alios propositum, requireret ut dispositio effectum ipsum factum, cum per actum esset sublatum veniale. requiritur etiam ordinatio operantis ad hunc finem in aliquibus sacramentis, non tamen fere omnis sacramentis baptismi, poenitentiae, Eucharistiae, et Extremae unctionis ordinatur ad hoc ex institutione, ita non indigent ordinatione operantis.

322 S. Sequi videtur quod per quodlibet sacramentum tolli omnia venialia, si solum requiritur non complacentia et dispositio. — per assumptum, tum, quia sacramenta causant hunc effectum in non ponentibus obicem. tum quia supponit charitatem complacentiam non magis remittunt quam alterum. — Resp. quod non est absurdum, sed de re assumptum, et sic nihil tamen est similitudinem quod non quaelibet sit haec remissio mali, sed quae gratia dispositionis, et ideo quod remittuntur illa per quibus ex parte nostra est dispositio, et sint sufficiens remitti et divina voluntas quae velit, et videtur de satisfactione poenae, quae remittitur per uno peccato, et non pro alio ex placito divinae voluntatis; unde remissio venialium erit maior in melius disposito ad recipiendum sacramentum, et in disposito perfecte poterit esse totalis. per quae quaeque non earum qualitate tollenda illorum quibus adv. non quod sacramentum sit magis institutum ad quaedam peccata tollenda, quam ad alia; ac pro inde illa prius tollit.

323 Quaeres 3tio: quomodo sacramentalia remittant mala quae ex opere operantis sola, qui tantum ex opere operato! — Resp. probabilius est sacramentalia solum remittere venialia ex opere operantis quatenus, scilicet, excitant motus contritionis, et impetrant talem remissionem. Ita B. S. quem plurimi tamen sequuntur, 1o. quia si haberent vim remittendi ex opere operato tunc essent etiam vi institutionis, sed nulla constat de hac institutione nullibi constat; nec 2o. quia Ecclesia non habet potestatem instituendi signa sensibilia certa, et infallibilia ad remittendum venialia, et non usus talium signorum est efficax et sufficiens in his materiis quae tribuis et supernaturalibus, et videtur quod Ecclesia nunquam instituit aliquod signum tale certum et infallibile remissionis: ergo signum quod Ecclesia intendit potest autem ad hoc

324 Unde dicitur quod sacramentalia ex opere operato proprie loquendo non remittunt venialia. et tamen dixi proprie loquendo, ut intelligatur ex opere operato, illud quod dedit dignum est infallibiliter ex meritis alterius dat, et operatur, in quo sensu sacramentalia non agunt ex opere operato; si vero intelligatur ex opere operato id quod confert non solum ratione operantis, sed etiam ex intercedente alterius merito, in quo sensu potest dici

qd causant sacramentalia ex opere operato remissionem venialium, quae applicant merita Christi fidelibus sanctificatis et cum magis obsecrantibus, ubi impetrat, sicut libus hunc effectum ex opere operato, eo quod, quamvis intelligendum ita quod sacramentalia immediate impetrent remissionem venialium, sed solum mediate, quatenus remissionem illam quam impetrat, sacramentalia excitat, scilicet divina auxilia supernaturalia quibus homo excitatur, et invitatur ad eliciendos actus supernaturales, quibus praedictas, et universaliter, et in detestatione ad retractandos actus supernaturales, quibus praedicti, et universaliter, et in detestationem retractent, seu displicenter venialia, quia licet sacramentalia quaedam ceremonias sacras et sunt excitat in nobis actus, et devotionis.

325 Hujus remissio venialium causata ex opere operato per orationes Ecclesiae, quae immediate causatur a sacramentalibus, sed mediantibus actibus excitatis quibus detestatur venialia, hujus etiam quia non statim, et infallibiliter operatur effectus sacramentalia sicut sacramenta, quia talis effectus non est fundatus in aliqua speciali promissione Dei, sed in communi lege et efficacia orationum Ecclesiae, quae non semper sortiuntur effectum. Et si interrogas: quid tunt sacramentalia supra lectionem sacram, devotionis, imaginis etc. quae hunc etiam excitant in nobis similes motus devotionis sicut sacramentalia? dico habere quod sacramentalia operantur per modum impetrationis et per fidem orationes Ecclesiae quae multum sub talia operatur per modum impetrationis ex parte fidei, et orationes Ecclesiae quae multum valent ad effectus obtinendi, unde hanc impetrationem tribuunt ex orationibus Ecclesiae ad remissionem venialium obtinendam, et quod sacramentalia superabundant Ecclesiae ad remissionem venialium obtinendam, et quod sacramentalia, licet non statim, et infallibiliter causent effectus sicut sacramenta, tamen non causant effectus, sicut illa, sed remote et generaliter sicut illa, sed, ut dico, ...

Quaestio 3. Utrum Veniale Quantum Cum mortali possit remitti mortali non remisso. Et Utrum fit et talis quaesito, et resolutione ponitur.

326 Mortale posse remitti absque remissione venialium ut late dixi quaestio ..., quia post homo habere detestationem de mortali et displicendum de veniali; hujus etiam quia non omnis dispositio sufficiens ad remissionem mortalium est sufficiens etiam ad remissionem venialium, ut si quis doleret de mortali quatenus est gravis offensa Dei, iste quidem disponeret ad remissionem illius, et non ad remissionem venialium, hujus iste adhuc non sit detestatus omnes culpas veniales. Ideo quaeritur utrum sicut remitti possunt mortalia quin venialia remittantur, ita possit etiam veniale remitti non remisso mortali cum quo coexistit?

